

8380 Velius Fidus¹ Iubentio Celso² col|legae³ suo salutem.

Desideri⁴ fra|ter⁵, Arrii Alphii Arriae Fadillae, domi|ni n. imp. Anto-
nini Aug. matris⁶, liberti | libellum tibi misi, cogniti mihi ex | longo
tempore primae iubentutis. | Etiam miratus, cum ab aedibus es|sem⁷,
quot eo lo.⁸ se contulisset, a quo | didici causa se requitionis (*sic*) set et
rel|igionis magnope. a domino n. imp. | impetrasse⁹. Ita ne qua mora
videa|tur ei per nos fieri, libellum subscrip|tum per eundem (*sic*) publicum
sine mora | mihi remittas. Opto te salvo(n) (*sic*) et fel[ic]em es. |

Exeplu. libelli dati¹⁰. |

Cum ante hos dies coiugem et filium ami|serim et pressus necessitate
corpora eorum | fictili sarcofago commendaverim, doni|que is locus,
quem emeram, aedificaretur vi|a Flaminia inter miliar. II et III euntibus
a|b urbe parte laeva custodia monumenti | Fla. Thumeles, maesolaeo¹¹
M. S[ic]ili Orcili: | rogo, domin., permittas mihi in eodem lo|co in mar-
moreo sarcofago, quem mihi mo|do comparavi, ea corpora colligere, ut
cuan|done ego esse desier., pariter cum eis ponar. |

[D]ecretum¹²: fieri placet. Iubentius Celsus | promagister subscripsi
III nonas Noemb. | Antio Polione et Opimiano kos.¹³, ordina[r]is Severo
et Sabiniano cos.¹⁴

Romae, incertum quo loco urbis rep. (VI 2120 cf. 52598^a vidit Henzen; cf.
Huebner ex. scr. epigr. n. 1047). — 1) Homo notus etiam ex t. Heliopolitano Syriae
III S. 14587^e. — 2) Consul ordinarius a. 164. — 3) Sc. in collegio pontificum. —
4) Videtur agnomen (signum) Iuventii, quo eum collega blande appellat (coniugend-
um esse: desiderii libellum, i. e. libellum supplicem. coniecit Momms.). — 5) De fratris
appellatione cf. Friedländer Sitteng. 1 (ed. 6) p. 445. — 6) Cf. vit. Pii 1. — 7) Ab-
essem. — 8) Loco. — 9) Invere velle. Intellege: Miratus, cum ab aedibus meis
abessem, Alphium me persecutum ad eundem locum se contulisse, ab eo didici ipsum
ob causam requitionis, sed et religionis magnopere a domino impetrare quid velle
(Mommsen). — 10) Ab Arrio Alphio. — 11) Tam maesolaeo quam a mesolaeo legi
potest. — 12) secretum lapis. — 13) Consules suffecti praeerea ignoti. — 14) Con-
sules ordinarii a. p. Chr. 155. Raro ita annus indicatur, per consules ordinarios
et suffectos (Mommsen Staatsr. II ed. 3 p. 92 not. 5 et p. VIII not. 1).

8381 [d.] m. [s. | C]ollegi[um] pon[ti]ficum d[e]crevit¹: si e|a ita
sunt | que libelo | [c]ontene|ntur, pla|cere per|. . . re² puella | [de] q.³
agatu|[r] s]acelo (*in pila altera*) [ex]imere et i|ter[um] ex] pra[esc]ri|pto |
[d]eponer|e et scrip|turam tituli at prist|inam for|mam restituer[e], pia|culo
prius | dato operi[s] faciend[i] ove atra.⁴

Prope Tarracinam, loco antiquo, in pilis duabus, ad ingressum ut videtur se-
pulcri (X 8259 vidi). — 1) Cf. Plin. ep. ad Trai. 61. — 2) Duae tantum litterae
perierunt; nonnulla a quadrataro ommissa esse putat Momms. — 3) Puellam de
qua. — 4) Cf. Paulus sent. 1, 21, 4: qui corpus perpetuae sepulturae traditum vel
ad tempus alicui loco commendatum nudaverit et solis radiis ostenderit, piaculum
committit. Supra N. 4792.